HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh. Seite 170v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



mee. Veniat ei calamitas quam ig
norat. et rete suum quod abscondit com
prehendat eum. et cadat in laqueum.
Anima autem mea exultabit in
domino. et letabitur in salute sua. Om
nia ossa mea dicent. domine quis si
milis tui. eruens inopem a ualidi
ore. et pauperem ac mendicum a uio
lento. Surgentes testes iniqui
que nesciebam interrogabant me.
Reddebant mihi mala pro bonis. ste
rilitatem anime mee. Ego autem
cum infirmarer ab eis. induebar ci
licio. humiliabam in ieiunio ani
mam meam. et oratio mea reuertetur.
Quasi ad amicum quasi ad fratrem
meum sic ambulabam. quasi lugens
mater tristis sic incuruabar. Et
in infirmitate mea letabantur et
congregabantur. collecti sunt aduer
sum me percutientes. et nesciebam scin
dentes. et non tacentes. In simula
tione uerborum fictorum frendebant
contra me dentibus suis. Domine quan
ta uidisti. conuerte animam meam a ca
lamitatibus suis. a leonibus solitariam
meam. Confitebor tibi in ecclesia grandi
in populo forti laudabo te. Non le
tentur super me inimici mei menda
ces. odientes me frustra conuien
tes oculo. Non enim pacem locuntur
sed in rapina terre uerba fraudulenta.

concinnant. Et dilatauerunt
super me os suum. dixerunt uah uah
uidit oculus noster. Vidisti domine ne
taceas. domine ne elongeris a me.
Consurge et uigila in iudicio me
o deus meus et dominus meus in causa mea.
Iudica me secundum iusticiam meam domine
deus meus. et ne insultent mihi. Ne dicant
in corde suo. uah uah anime nostre
nec dicant obsorbuimus eum. Con
fundantur et reuereantur pariter qui
letantur in afflictione mea. Indu
antur confusione et uerecundia. qui
magnificantur super me. Laudent
et letentur qui uolunt iusticiam meam.
et dicant semper magnificetur dominus qui
uolunt pacem serui eius. Et lingua
mea meditabitur iusticiam tuam. tota
die laudem tuam. Victoria serui domini.
Dauid. xxxv.
Dixit Scelus impii in
medio cordis eius. non esse
timorem dei ante oculos eius. Quia
dolose egit aduersum eum. in oculis
suis. ut inueniret iniquitatem suam
ad odiendum. Verba oris eius iniqui
tas et dolus. cessauit cogitare ut
benefacerent. Iniquitatem cogi
tat in cubili suo. stabit in uia non
bona malum non abiciet. Domine in ce
lo misericordia tua. fides tua usque ad nubes.
Iusticia tua quasi montes dei. iudi